



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Iustinus M. S. Hermenegildus M. S. Agathonica V. M. 13. Apr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

Justinus M. S. Hermenegildus M.  
S. Agathonica V. M. 13. Ap̄.



### Studium perfectionis.

Vbi Deus Magister est, quam cito  
discitur, quod docet! Leo.

Præsta quæsumus omnipotens De-  
us: ut B. Justini M. tui (B. Hermenegil-  
di M. tui: B. Agathoni & V. & M. tuæ) fi-  
hem congrua deuotione sectemur,  
quia pro eiusdem fidei dilatatione  
Martyrij palmam meruit obtinere  
Per Dominum N. Iesum Chr &c:  
Ora pro Ecclesia, &c

1. S. Iustinus M. dictus Philosophus  
vir planè mirabilis in Ecclesia, efful-  
sit temporibus Marci & Lucij Impp.  
quibus cum secundum librum pro  
Religionis Christianæ defensione ob-  
tulisset, eamq; strenuè disputādo pro-  
pugnasset, Crescentis Cynici, cuius  
vitam & mores nefarios redarguerat  
in sidijs accusatus, quod Christianus  
esset, remunerationem linguae fidelis  
martyrij munus accepit.

2. B. Hermenegildus M. Leouigil-  
di Gothorum Regis Ariani filius, à  
S. Leandro saniorem fidē edocetus, A.  
584. à patre suo, cui vitam debebat,  
vincula, carceres, ac mortem debere  
cœpit, nisi ipsa mors pro fide Catho-  
lica obita, ei introitus ad vitam poti-  
us sit dicenda.

3. S. Agathonica optima fæmina  
fror S. Papyli Diaconi & M. vnà cum  
S. Carpo Episcopo tempore eodem  
cum S. Iustino M. passa est Pergami.